

altero, vel utroque ignorantie; et tunc fit simoniae ordinatio, quamvis non sit simoniae qui ordinat vel ordinatur. Quandoque etiam potest esse simoniae ex alia causa, et nullum vitium ex ipsa datione spiritualium intervenire; et tunc non simoniae ordinatur aliquis, quamvis sit simoniae vel ordinans vel ordinatus; et secundum hoc distinguuntur modi in littera posit.

Sacri canones sanzunt etc. Hic nota, quod tria tempora sunt observanda in ordinibus. Primo tempore actatis ordinandi circa quod sciendum est quod secundum antiqua jura a septimo anno usque ad duodecimum potest accipere omnes minores ordines: a duodecimo usque ad vigesimum primum potest recipere acolythum et subdiaconatum, ita quod in vigesimoprimo subdiaconatum recipiat; in vigesimo sexto potest recipere diaconatum, in trigesimo presbyteratum; et postmodum potest fieri Episcopus. Sed nunc abbreviatum est tempus: quia subdiaconatum potest recipere quando pervererit ad annos discretionis, ut possit cognoscere votum continentiae, et presbyter fieri in vigesimo quinto anno; et diaconatum circa vigesimumprimum annum (et praecipue in religiosis): Episcopus au-

tem in trigesimo anno. Secundo debet considerari tempus determinatum anni, in quo fiunt ordines: circa quod sciendum est, quod maiores ordines in sex temporibus anni possunt celebrari, scilicet, in quatuor sabbatis quatuor temporum, et in sabbato ante dominicam de Passione, et in vigilia Resurrectionis. Papa tamen in die dominico et festis praecepit confert subdiaconatum; et in his etiam diebus quibus Episcopus potest conferre minores ordines. Episcopi autem in die dominico consecrandi sunt. Tertium tempus est distantia inter ordines suscipiendo: circa quod sciendum est, quod aliquis potest accipere omnes minores ordines una die; non tamen unum de minoribus cum subdiaconatu, nec duos de majoribus simul. Potest tamen in dominica consecrari in Episcopum qui praecedenti die factus est sacerdos. De illis autem qui gradatim ad clericatum accedunt, sciendum est, quod possunt in octo annis recipere omnes ordines; ita quod in primis duabus recipient minores, in aliis quinque tres majores. Monachus tamen posset omnes recipere per annum, et etiam aliis dispensative propter necessitatem Ecclesiae.

DISTINCTIO XXVI.

De sacramento conjugii, cuius institutio et causa ostenditur.

Cum alia sacramenta post peccatum et propter peccatum exordium sumperserint, matrimonii sacramentum etiam ante peccatum legitimatum a Domino, non tamen ad remedium, sed ad officium. Refert enim Scriptura Gen. 2, in Adam misso sopore, atque una de costis ejus sumpta, et exinde muliere formata, virum, in spiritu intelligentem ad quem usum mulier facta esset, post extasim propheticę dixisse: *Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea propter hoc reliquet homo patrem et matrem, et adhaerabit uxori sua; et erunt duo in carne una.*

De duplice institutione conjugii.

Conjugii autem institutio duplex est. Una ante peccatum ad officium facta est in paradi, ubi et torus innocentatus et nuptiae honorabiles, ex quibus sine ardore conceperant, sine dolore parerant; altera post peccatum ad remedium facta extra paradisum propter illicitum motum devitandum. Prima ut natura multiplicaretur; secunda ut natura exciperetur, et vitium cohiberetur. Nam et ante peccatum dixit Deus (Gen. 1, 28): *Crescite, et multiplicamini;* et post peccatum omnime hominibus per diluvium consumptis. Quod vero ante peccatum institutum fuerit conjugium ad officium, post peccatum vero ad remedium concessum, Augustinus testatur, dicens (super Gen. ad litteram, lib. 9, cap. 7): *Quod sanis est ad officium, aegrotis est ad remedium. Infirmitas enim incontinentiae, que est in carne per peccatum mortalis, ne cadat in ruinam flagitorum, excipitur honestate nuptiarum.* Si vero non peccassent primi homines, sine carnis incentivio aeterno huiusmodi ipsi ac successors eorum convenienter. Et si non remunerabiles est aliquod bonum opus, sic collus eorum bonus esset et remunerabilis. Quia vero propter peccatum letalis concupiscentiae lex membris nostris inhaesit, sine qua carnalis non sit commixtus reprehensibilis est et malus conitus, nisi excusetur per bona conjugii.

Quando secundum praeceptum, quando secundum indulgentiam contractum sit conjugium.

Prima institutio habuit praeceptum, secunda indulgentiam. Dicidimus enim ab Apostolo (1 Corinth. 7), humano generi propter vitandum fornicationem indultum esse conjugium. Indulgentia vero, quia meliora non eligit, remedium habet, non praemium; a quo si quis declinaverit, moretur exstite judicium. Quod secundum indulgentiam conceditur, voluntarium

est, non necessarium: alioquin transgressor esset qui illud non faceret. Et potest sane intelligi illud sub praecepto dictum hominibus primis ante peccatum (Gen. 1, 28): *Crescite et multiplicamini;* quo etiam post peccatum tenebantur usquecum est facta multiplicatio, post quam secundum indulgentiam matrimonii contractus fuit (1). Ita etiam post diluvium, quo universum pene humanum genus deletum est, secundum praeceptum dictum est filios Noe (Gen. 9, 1): *Crescite, et multiplicamini.* Multiplicatio vero homine, secundum indulgentiam contractum est, non secundum imperium.

Quibus modis accipiatur indulgentia.

Indulgentia autem diversis modis accipiatur; scilicet pro concessione, pro remissione, pro permissione. Et est permisso in novo testamento de minoribus bonis, et de minoribus malis. De minoribus bonis est conjugium, quod non meretur pallium, sed est in remedium. De minoribus malis, id est de mortalibus, est eorum qui fit causa incontinentiae. Illud, scilicet conjugium, indulgetur, id est conceditur; istud vero, id est conjugium, indulgetur, id est conceditur; istud toleratur, ita quod non prohibetur.

Quod nuptiae sint bonae.

Fuerunt autem nonnulli haeretici nuptias detestantes, qui Talianni appellati sunt: hi nuptias omnino detestantur, ac pares fornicationibus aliquis corruptionibus faciunt, nec recipiunt in sororu numero conjugio utentes marum vel feminam (Ex Augustino lib. de Haeresibus, haer. 25). Quod autem res bona sit conjugium, non modo ex eo probatur quod Dominus legit conjugium instituisse: inter primos parentes, sed etiam quod in Cana Galilaeae nuptius interfuit Christus, easque miraculo commendavit, aqua in vinum conversa: qui etiam postea virum dimittere uxorem prohibuit, nisi causa fornicationis. Apostolus etiam ait (1 Corinth. 7, 36): *Virgo non peccat, si nubat.* Constat ergo rem bonam esse matrimonium; alioquin non esset sacramentum: sacramentum enim sacram signum est.

Cuius rei sacramentum sit conjugium.

Cum ergo conjugium sacramentum sit, et sacrum signum est, et sacrae rei, scilicet conjunctionis Christi et Ecclesiae,

(2) Forte matrimonium contractum fuit.

sicut ait Apostolus (Ephes. 5, 31): *Scriptum est (inquit): Reinguet homo patrem et matrem, et adhaerabit uxori sua; et erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo et in Ecclesia.* Ut enim inter coniuges conjunctio est secundum consensum animorum, et secundum permissionem corporum; sic Ecclesia Christo copulatur voluntate et natura, quia idem vult cum eo, et ipse formans summis de natura huiusmodi. Copulata est ergo sponsa spiritualiter et corporaliter, id est caritate ac conformitate naturae. Huius utriusque copulas figurantur in conjugio. Consensus enim conjugum copulam spiritualis Christi et Ecclesiae, quia sit per caritatem significat; commixtio vero sexuum illam significat quia sit per naturam conformitatem.

Qualiter intelligendum sit illud: Mulier illa non pertinet ad matrimonium cum qua non est commixtio sexuum.

Inde est quod quidam doctorum dixerunt, illam mulierem non pertinet ad matrimonium quae non est permissione carnalem copulam. Ait enim Augustinus (4) (et habet in Deo. 27, 2, cap. 2): *Non est dubium:* (5) *Non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium cum qua do-*

(1) Apud Augustinum non occurrit: et summan esse sententiam Leonis quae cap. *Cum societas ibidem subjungitur*, appendix Leonis. Sumptus est autem caput istud ex epist. 90 Leonis ad Rusticum (Ex edit. P. Nicolai).

(2) At in multis plus valet sanctitas sacramenti quam feunditas ventris. Et etiam conjugium signum spiritualis conjunctionis et dilectionis animorum, qua inter se conjuges uniri debent; unde Apostolus ait (Ephes. 5): *Viri diligite uxores vestras ut corpora vestra.*

Divisio textus.

Postquam determinavit Magister de sacramento ordinis, quod ordinatur ad spirituale multiplicationem Ecclesiae, hic incipit determinare de matrimonio, quod ordinatur ad materiale, multiplicationem fidelium; et dividitur in partes duas: in prima determinat de matrimonio; in secunda de personis contrahentibus matrimonium, 34 distincti, ibi: *Nunc superest attendere quae personae sint legitimae ad contrahendendum matrimonium.*

Prima in duas: in prima determinat in quae pertinent ad matrimonium, in quantum est sacramentum; in secunda determinat causas matrimonii, 27 distincti, ibi: *Post hoc advertendum est quid sit conjugium.* Prima in duas: in prima determinat de institutione matrimonii; in secunda significacionem ipsius: haec enim duo omnibus sacramentis communia sunt, ibi: *Cum alia sacramenta* (6) *in quantum est sacramentum;* in secunda determinat causas matrimonii, 27 distincti, ibi: *Post hoc advertendum est quid sit conjugium.* Prima in duas: in prima determinat de institutione matrimonii; in secunda significacionem ipsius: haec enim duo omnibus sacramentis communia sunt, ibi: *Cum alia sacramenta* (6) *in quantum est sacramentum;* in secunda determinat differentiam illarum, ibi: *Prima institutio habuit praeceptum;* tertio excludit quandam errorum qui potest ex praeditis habere occasionem, ibi: *Fuerunt autem nonnulli haeretici nuptias detestantes.* Circa secundum tria facit: primo ostendit duas matrimonii institutiones; secundo ostendit differentiam illarum, ibi: *Prima institutio habuit praeceptum;* tertio excludit quandam errorum qui potest ex praeditis habere occasionem, ibi: *Fuerunt autem nonnulli haeretici nuptias detestantes.* Circa secundum duo facit: primo ostendit differentiam inter secundam institutionem et primam, per hoc quod prima fuit in praecepto, secunda habuit indulgentiam (1); secundo ostendit qualiter haec indulgentia sumatur, ibi: *Indulgentia autem diversis modis accipiatur.*

Circa ergo conjugium sacramentum sit, sacrum signum est, et sacrae rei. Hic determinat de significacione matrimonii; et circa hoc duo facit: primo determinat matrimonii significacionem; secundo excludit quandam falsam opinionem, quae ex praeditis ortum habuit, ibi: *Iude est quod quidam doctorum dixerunt, illam mulierem non pertinere ad matrimonium quae non experitur carnalem co-*

(1) *At. indignationem.*
(2) *Th. Opera omnia. V. 7.*

pulam. Circa quod tria facit: primo ponit illa quae videantur esse pro dicta opinione; secundo ostendit opinionem esse falsam, ibi: *Hoc ergo si secundum verborum superficiem quis acceperit, inducitur in errorem; tertio responderet ad probationem, ibi: Sed superius posita, ea ratione dicta intelligendum est etc.*

QUAESTIO 1.

Hic est duplex quaestio. Prima de matrimonio secundum quod est in officium naturae. Secunda de eo secundum quod est sacramentum.

Circa primum queruntur quatuor: 1.º utrum matrimonium sit naturale; 2.º utrum nunc sit in praecepto; 3.º utrum actus eius sit licitus; 4.º utrum possit esse meritorius.

ARTICULUS PRIMUS.

Utrum matrimonium sit naturale.
(5) *cont. Gent. cap. 125.*

Ad primum sic proceditur. 1. Videtur quod matrimonium non sit naturale. Quia ius naturale est quod natura omnia animalia docuit. Sed in aliis animalibus est conjunctione sexuum absque matrimonio. Ergo matrimonium non est de jure naturali.

2. Praeterea, id quod est de jure naturali, inventur in hominibus secundum quilibet eorum statutum. Sed matrimonium non fuit in quolibet statu hominum: quia, sicut dicit Tullius in principio Rhetor. (sive de Invent., lib. 1), homines a principio silvestres erant, et tunc nemo scivit propriis liberis, nec certas nuptias, in quibus matrimonium consistit. Ergo non est naturale.

3. Praeterea, naturalia sunt eadem apud omnes. Sed non eodem modo est matrimonium apud omnes, cum pro diversis legibus diversimode matrimonium celebretur. Ergo non est naturale.

4. Praeterea, illa sine quibus potest salvari naturae intentio, non videntur esse naturalia. Sed natura intendit conservationem speciei per generationem, quae potest esse sine matrimonio, ut patet in forniculariis. Ergo matrimonium non est naturale.

Sed contra est quod in principio Digestorum (in Digesto veteri, lib. 1, tit. 1, leg. 1) dicitur: *Jus naturale est maris et feminae conjunctio quam nos matrimonium appellamus.*

Praeterea, in 8 Ethic., cap. 12 vel 14, dicit Philosophus, quod homo magis est naturaliter conjugale animal quam politicum. Sed homo est naturaliter animal politicum et gregale, ut ipse dicit. Ergo naturaliter est conjugate; et sic conjugium, sive matrimonium, est naturale.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod aliquid dicitur esse naturale dupliciter. Uno modo sicut ex principiis naturae ex necessitate causatum, ut moveri sursum est naturale igni etc.; et sic matrimonium non est naturale, nec aliquid eorum, quae mediante libero arbitrio compleatur. Alio modo dicitur naturale ad quod natura inclinat, sed mediante libero arbitrio compleatur, sicut actus virtutum dicuntur naturales; et hoc modo etiam matrimonium est naturale, quia ratio naturalis ad ipsum inclinat duplexiter. Primo quantum ad principalem ejus finem, qui est bonum prolixi: non enim intendit natura solum generationem ejus, sed traductionem, et promotionem usque ad perfectum statum hominis, inquantum homo est, qui est virtutis status. Unde secundum Philosophum (8 Ethic., cap. 11 vel 15), tria a parentibus habemus: scilicet esse, nutrimentum, et disciplinam. Filius autem a parente educari et instrui non posset, nisi determinatos et certos parentes haberet: quod non esset, nisi esset aliqua obligatio viri ad mulierem determinatam, quae matrimonium facit. Secundo quantum ad secundarium finem matrimonii, qui est mutuum obsequium sibi a conjugibus in rebus domesticis impensum. Sicut enim naturalis ratio dietat ut homines similiter cohabitent, quia unus homo non sufficit sibi in omnibus quae ad vitam pertinent, ratione cuius dicitur homo naturaliter politicus; ita etiam eorum quibus indigetur ad humanam vitam, quaedam opera sunt competentia viris quaedam mulieribus; unde natura movet ut sit quaedam associatio viri ad mulierem, in qua est matrimonium. Et has duas causas ponit Philosophus in 8 Ethic. (cap. 12 vel 14).

Ad primum ergo dicendum, quod natura hominis ad aliquod inclinat duplexiter. Uno modo quia est convenientia naturae generis; et hoc est commune omnibus animalibus; alio modo quia est convenientia naturae differentiae quae species humana abundat a genere, inquantum est rationalis; sicut actus prudentiae et temperantiae. Et sicut natura generis quoniam sit una in omnibus animalibus, non tanet est eodem modo in omnibus; ita etiam non inclinat eodem modo in omnibus, sed secundum quod unicuique competit. Ad matrimonium ergo inclinat natura hominis ex parte differentiae quantum ad secundam rationem assignatam; unde Philosophus hanc rationem assignat hominibus supra alia animalia. Sed quantum ad primam (1) rationem inclinat ex parte generis; unde dicit,

(1) *At* ad potentiam rationem.

quod filiorum procreatio communis est omnibus animalibus. Tamen ad hoc non inclinat eodem modo in omnibus animalibus, quia quedam animalia sunt quorum filii statim nati possunt sibi sufficienter victum querere, vel ad quorum sustentationem alter sufficit: et in his non est aliqua determinatio masculi ad feminam. In illis autem quorum illi indigent utriusque sustentatione, sed ad parvum tempus, inventur aliqua determinatio quantum ad tempus illud; sicut in avibus quibusdam patet. Sed in homine, quia indiget filius cura parentum usque ad magnum tempus, est maxima determinatio masculi ad feminam, ad quam etiam natura generis (1) inclinat.

Ad secundum dicendum, quod verbum Tullii potest esse verum quantum ad aliquam gentem; si tamen accipiatur principium proprium ipsius gentis per quod ab aliis gentibus est distincta, quia non in omnibus perducitur ad effectum hoc ad quod naturalis ratio inclinat: non autem est verum universaliter, quia a principio humani libero arbitrio compleatur. Alio modo inclinat natura ad aliquod quod est necessarium ad perfectionem multitudinis; et cum multa sint hijusmodi, quorum unum impedit aliud; ex tali inclinacione non obligatur quilibet homo per modum praecetti; alias quilibet homo obligatur ad agriculturam et aedificatoriam, et hijusmodi officia, quae sunt necessariae communitate humanae; sed inclinatio naturae sunt sicut cum per diversos diversa complentur de praedictis. Cum ergo ad perfectionem humanae multitudinis sit necessarium aliquos contemplative vitae inservire, quae maxime per matrimonium impeduntur; inclinatio naturae ad matrimonium non obligat per modum praecetti, etiam secundum philosophum; unde Theophrastus (apud Hieronymum, lib. 1 contra Jovin., cap. 28), probat quod sapienti non expedit nubere.

Ad quartum dicendum, quod natura non tantum intendit esse in prole (2), sed esse perfectum, ad quod exigitur matrimonium, ut ex dictis patet.

ARTICULUS II.

Urum matrimonium adhuc maneat sub praecerto.

Ad secundum sic proceditur. 1. Videtur quod matrimonium adhuc maneat sub praecerto. Quia praecemptum obligat quandiu non revocatur. Sed prima institutio matrimonii fuit sub praecerto, ut in litera dicitur; nec unquam hoc praecemptum legit revocatum, immo confirmatum, Matth. 19, 6: *Quos Deus coniuxit, homo non separabit.* Ergo adhuc matrimonium est sub praecerto.

2. Praeterea, praecpta juris naturalis secundum omne tempus obligant. Sed matrimonium est de jure naturali, ut dictum est. Ergo etc.

3. Praeterea, bonum speciei melius est quam individui: quia bonum gentis est divinus quam bonum unius hominis, ut dicitur in 1 Ethic. (cap. 1). Sed praecemptum primo homini datum ad conservationem individui per actum nutritivae, adhuc obligat. Ergo multo magis praecemptum de matrimonio, quod pertinet ad conservationem speciei.

4. Praeterea, ubi manet eadem ratio obligans, eadem obligatio manere debet. Sed propter hoc obligabant homines ad matrimonium antiquo tempore, ne multiplicatio generis humani cessaret. Cum ergo hoc idem sequatur, si quilibet liber potest a matrimonio abstine; videtur quod matrimonium sit in praecerto.

Sed contra est quod dicitur 1 Corinth. 7, 57: *Qui non jungit matrimonio: virginem suam, melius facit, scilicet quam qui jungit.* Ergo contractus matrimonii nunc non est sub praecerto.

(1) *At* ad potentiam rationem.

(2) *At* personale: *item* personae.

Praeterea, nulli debetur praemium pro transgressione praecerti. Sed virginibus debetur speciale praemium, scilicet aureola. Ergo matrimonium non est sub praecerto.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod natura inclinat ad aliquid dupliciter. Uno modo sicut ad id quod est necessarium ad perfectionem unius; et talis inclinatio quemlibet obligat; quia naturales perfections omnibus sunt communes. Alio modo inclinat ad aliquid quod est necessarium ad perfectionem multitudinis; et cum multa sint hijusmodi, quorum unum impedit aliud; ex tali inclinacione non obligatur quilibet homo per modum praecetti; alias quilibet homo obligatur ad agriculturam et aedificatoriam, et hijusmodi officia, quae sunt necessariae communitate humanae; sed inclinatio naturae sunt sicut cum per diversos diversa complentur de praedictis. Cum ergo ad perfectionem humanae multitudinis sit necessarium aliquos contemplative vitae inservire, quae maxime per matrimonium impeduntur; inclinatio naturae ad matrimonium non obligat per modum praecetti, etiam secundum philosophum; unde Theophrastus (apud Hieronymum, lib. 1 contra Jovin., cap. 28), probat quod sapienti non expedit nubere.

Ad primum ergo dicendum, quod praecemptum illud non est revocatum; nec tamen obligat unum quaque ratione jam dicta, nisi illo tempore quo patet matrimonium exigebat ut quilibet generationi vacaret.

Ad secundum et tertium patet solutio ex dictis.

Ad quartum dicendum, quod corporalis sit a Deo bono instituta; impossibile est dicere, quod ea quae pertinent ad conservationem naturae corporalis, et ad quae natura inclinat, sint universaliter mala; et ideo, cum inclinatio sit naturae ad prolixi procreationem, per quam naturae conservatur, impossibile est dicere, quod actus quo procreatur proles, sit universaliter illicitus; ut in eo medium virtutis inveneri non possit; nisi ponatur secundum quorundam insania, quod res corporales causatae sunt a deo malo; ex quo forte ista opinio derivatur quae in littera tangitor; et ideo est pessima haeresis.

Ad primum ergo dicendum, quod Apostolus in verbis illis non prohibuit matrimonii actum, sicut ne rerum possessionem, eam dixit: *Qui utatur hoc mundo, sicut quasi non utentes.* Sed in utroque frumento prohibuit; quod patet ex ipso modo loquendi: non enim dixit: *Sint non utentes, vel non habentes;* sed *quasi non utentes, vel non habentes.*

Ad secundum dicendum, quod Deo conjungimur et secundum habitum gratiae, et secundum actum contemplationis et amoris. Quod ergo primam conjunctionem separat, semper est peccatum; non autem quod separat secundam: quia aliqua occupatio licita circa res inferiores animum distrahit, ut actu Deo coniugi non sit idoneus; et hoc praecipue accidit in carnali conjugione, in qua detinetur mens propter delectationem intensam; et propter hoc, illis quibus competit divina contemplari, aut sacra tractare, indicetur pro tempore illo continentia ab uxoriis; et secundum hoc etiam dicitur quod Spiritus sanctus quantum ad actum revelationis se eretur non tangebat mentes Prophetarum in uso matrimonii.

Ad tertium dicendum, quod turpitudine illa concupiscentiae quae actum matrimonii semper comunitatur, non est turpitudine culpe, sed poenae, ex peccato primo proveniens; ut scilicet inferiores vires et membra corporis ratione non obdiant; et propter hoc ratio non sequitur.

Ad quartum dicendum, quod illud propriè dicitur excusari quod aliquam similitudinem mali habet, et tamen non est malum, vel non tantum quantum appareat: quorum quedam excusantur a toto, quaedam a tanto; et quia actus matrimonialis pro-

dicium. Sed conceitus matrimonialis est ejusdem speciei cum actu adulterii, quia ad id terminatur, scilicet speciem humanam. Ergo cum actus adulterii sit peccatum, et actus matrimonii.

6. Praeterea, superfluum in passionibus corrumpit virtutem. Sed semper in actu matrimonii est superfluitas delectationis, adeo quod absorbet rationem, quae est principale hominis bonum; unde Philosophus in 7 Ethic. (cap. 12 vel 14), dicit, quod impossibile est hominem aliquid in ipsa intelligere. Ergo semper actus matrimonialis est peccatum.

Sed contra; 1 Corinth. 7, 56: *Virgo non peccat, si nubat;* et 1 Timoth. 3, 14: *Volo juventudas nubere, filios precreare.* Sed procreatio filiorum non potest heri sine carnali conjugione. Ergo actus matrimonialis non est peccatum; alias Apostolus non voluisse illud.

Praeterea, nullum peccatum est in praecerto. Sed actus matrimonialis est in praecerto; 1 Corinth. 7, 5: *Uxori vir debitum reddat.* Ergo non est peccatum.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod supposito quod natura corporalis sit a Deo bono instituta; impossibile est dicere, quod ea quae pertinent ad conservationem naturae corporalis, et ad quae natura inclinat, sint universaliter mala; et ideo, cum inclinatio sit naturae ad prolixi procreationem, per quam naturae conservatur, impossibile est dicere, quod actus quo procreatur proles, sit universaliter illicitus; ut in eo medium virtutis inveneri non possit; nisi ponatur secundum quorundam insaniam, quod res corporales causatae sunt a deo malo; ex quo forte ista opinio derivatur quae in littera tangitor; et ideo est pessima haeresis.

Ad primum ergo dicendum, quod Apostolus in verbis illis non prohibuit matrimonii actum, sicut ne rerum possessionem, eam dixit: *Qui utatur hoc mundo, sicut quasi non utentes.* Sed in utroque frumento prohibuit; quod patet ex ipso modo loquendi: non enim dixit: *Sint non utentes, vel non habentes;* sed *quasi non utentes, vel non habentes.*

Ad secundum habitum gratiae, et secundum actum contemplationis et amoris. Quod ergo primam conjunctionem separat, semper est peccatum; non autem quod separat secundam: quia aliqua occupatio licita circa res inferiores animum distrahit, ut actu Deo coniugi non sit idoneus; et hoc praecipue accidit in carnali conjugione, in qua detinetur mens propter delectationem intensam; et propter hoc, illis quibus competit divina contemplari, aut sacra tractare, indicetur pro tempore illo continentia ab uxoriis; et secundum hoc etiam dicitur quod Spiritus sanctus quantum ad actum revelationis se eretur non tangebat mentes Prophetarum in uso matrimonii.

Ad tertium dicendum, quod turpitudine illa concupiscentiae quae actum matrimonii semper comunitatur, non est turpitudine culpe, sed poenae, ex peccato primo proveniens; ut scilicet inferiores vires et membra corporis ratione non obdiant; et propter hoc ratio non sequitur.

Ad quartum dicendum, quod illud propriè dicitur excusari quod aliquam similitudinem mali habet, et tamen non est malum, vel non tantum quantum appareat: quorum quedam excusantur a toto, quaedam a tanto; et quia actus matrimonialis pro-

pter corruptionem concupiscentiae habet similitudinem actus inordinati, ideo pro bono matrimonii excusatur a toto, ut non sit peccatum.

Ad quintum dicendum, quod quamvis sint idem specie naturae, tamen differunt in specie moris, quam una circumstantia variat, scilicet accedere ad suam vel non suam; sicut etiam occidere hominem per violentiam vel per justitiam, facit diversam speciem moris, quamvis sit una species naturae; et tamen unum est licitum, aliud illicitum.

Ad sextum dicendum, quod superfluum passionis quod virtutem corrumpt, non solum impedit rationis actum, sed tollit rationis ordinem; quod non facit delectationis intensio in actu matrimoniali, quia etiam si tunc non ordinetur homo, tamen est a ratione praecordatus.

ARTICULUS IV.

Utrum actus matrimonialis sit meritorius.

Ad quartum sic proceditur. 1. Videatur quod actus matrimonialis non sit meritorius. Chrysostomus enim dicit super Matth. (Auctor oper. imperf. hom. 1): *Matrimonium etsi uteribus se poenam non infert, mercede tamen non praestat.* Sed meritum respectu mercedis dicitur. Ergo actus matrimonialis non est meritorius.

2. Praeterea, illud quod est meritorium, dimittere non est laudabile. Sed laudabilis est virginitas, per quam matrimonium dimittitur. Ergo matrimonialis actus non est meritorius.

3. Praeterea, qui uitior indulgentia sibi facta, beneficio recepto uitur. Sed ex hoc quod alieni praestatur beneficium, non meretur. Ergo actus matrimonialis non est meritorius.

4. Praeterea, meritum in difficultate consistit, sicut et virtus. Sed actus matrimonialis non habet difficultatem, sed delectationem. Ergo non est meritorius.

3. Praeterea, illud quod non potest fieri sine peccato veniale, nunquam est meritorium; quia non potest homo simul mereri et demereri. Sed in actu matrimoniali semper est peccatum veniale; quia etiam primus motus in hujusmodi delectatione est peccatum veniale. Ergo actus praedictus non potest esse meritorius.

Sed contra, omnis actus in quo impletur praeceptum, est meritorius, si ex caritate fiat. Sed actus matrimonialis est hujusmodi: quia dicitur 1^o Corinth. 7, 5: *Uxor vir debum reddit.* Ergo etc.

Praeterea, omnis actus virtutis est meritorius. Sed actus praedictus est actus iustitiae, quia dicitur redditus debiti. Ergo est meritorius.

Solutio. Respondeo dicendum, quod cum nullus actus ex deliberate voluntate procedens sit indifferens, ut in 2 lib. dist. 40, quæst. unie. art. 3, dictum est, actus matrimonialis semper est peccatum, vel meritorius in eo qui gratiam habet. Si enim ad actum matrimoniale virtus inducat, vel iustitiae, ut debitum reddit, vel religionis, ut proles ad cultum Dei proceretur, est meritorius. Si autem moveat libido sists infra bona matrimonii, ut scilicet nullo modo ad aliam accedere vellet, est peccatum veniale. Si autem extra bona matrimonii esseretur, ut scilicet cum quacumque muliere id facere proponeret, est peccatum mortale. Natura autem movere non potest quin vel ordi-

natur ratione, et sic erit motus virtutis; vel non ordinetur, et sic erit motus libidinis.

Ad primum ergo dicendum, quod radix merendi quantum ad præmium substantiale est ipsa caritas: sed quantum ad aliquod accidentale præmium ratio meriti consistit in difficultate actus; et sic actus matrimonii non est meritorius, sed primo modo.

Ad secundum dicendum, quod homo potest mereri in minoribus bonis et in majoribus; unde quando aliquis minora bona dimittit ut majora faciat, laudandus est a minus meritorio actu discedens.

Ad tertium dicendum quod indulgentia quandoque est de minoribus malis; et sic indulgetur actus matrimonii prout ad ipsum movet libido infra terminos matrimonii consistens, sic enim est veniale peccatum: sed prout ad ipsum movet virtus, ut est meritorius, non habet indulgentiam nisi secundum quod est indulgentia de minoribus bonis, quae idem est quod concessio. Nec est inconveniens quod ille qui tali concesione uitetur, meretur: quia bonus usus beneficiorum Dei meritorius est.

Ad quartum dicendum, quod difficultas laboris requiritur ad meritum præmii accidentalis; sed ad meritum præmii essentialis requiritur difficultas consistens in ordinatione medi, et hoc est etiam in actu matrimoniali.

Ad quintum dicendum, quod primus motus secundum quod dicitur peccatum veniale, est motus appetitus in aliquod ordinatum delectabile, quod non est in actu matrimoniali; et ideo ratio non sequitur.

QUAESTIO II.

Deinde quaeritur de matrimonio secundum quod est sacramentum: et circa hoc quaeruntur quatuor: 1.^o utrum sit sacramentum; 2.^o de institutione ipsius; 3.^o de effectu; 4.^o de integritate.

ARTICULUS PRIMUS.

Utrum matrimonium sit sacramentum.

Ad primum sic proceditur. 1. Videatur quod matrimonium non sit sacramentum. Omne enim sacramentum novae legis habet aliquam formam quae est de essentia sacramenti. Sed beneficium quae fit per sacerdotes in nuptiis, non est de essentia matrimonii. Ergo non est sacramentum.

2. Praeterea, sacramentum, secundum Hugonem (lib. 1 de Sacram. par. 9, cap. 2), est materiale elementum. Sed matrimonium non habet pro materia aliquod materiale elementum. Ergo non est sacramentum.

3. Praeterea, sacramenta habent efficaciam ex passione Christi. Sed per matrimonium non conformatur homo passioni Christi, quae fuit poenalis, cum habeat delectationem adjunctam. Ergo non est sacramentum.

4. Praeterea, omne sacramentum novae legis efficit quod figurat. Sed matrimonium non efficit conjunctionem Christi et Ecclesiae quam significat. Ergo matrimonium non est sacramentum.

5. Praeterea, in aliis sacramentis est aliquid quod est res et sacramentum. Sed hoc non potest

inveniri in matrimonio, cum non imprimit characterem; alias non iteraretur. Ergo non est sacramentum.

Sed contra est quod dicitur Ephes. 3, 52: *Sacramentum hoc magnum est etc.*

Praeterea, sacramentum est sacrae rei signum. Sed matrimonium est hujusmodi. Ergo etc.

Solutio. Respondeo dicendum, quod sacramentum importat aliquod remedium sanctitatis homini contra peccatum, exhibitum per sensibilia signa, ut in 1 dist. quæst. 1, art. 2, quæstiune. 1, dictum est; unde, cum hoc inveniatur in matrimonio, inter sacramenta computatur.

Ad primum ergo dicendum, quod verba quibus consensus matrimonialis exprimitur, sunt forma hujus sacramenti, non autem beneficium sacerdotis quae est quoddam sacramentale.

Ad secundum dicendum, quod sacramentum matrimonii perfectur per actum eius qui sacramento illo uitetur, sicut poenitentia; et ideo, sicut poenitentia non habet aliam materialiam nisi ipsos actus sensui subjectos, qui sunt loco materialis elementi, ita est de matrimonio.

Ad tertium dicendum, quod quamvis matrimonium non conformet passioni Christi quantum ad poenam, conformat tamen ei quantum ad caritatem per quam pro Ecclesia sibi in sponsam conjugenda passus est.

Ad quartum dicendum, quod unio Christi ad Ecclesiam non est res contenta in isto sacramento, sed res significata non contenta; et talē rem nullum sacramentum efficit, sed habet aliam rem contentam et significatam, quam efficit, ut dicetur. Magister autem posuit rem non contentam: quia erat hujus opinio, quod non haberet rem aliquam contentam.

Ad quintum dicendum, quod etiam in hoc sacramentum sunt illa tria: quia sacramenta tantum sunt actus exterius apparentes; sed res et sacramentum est obligatio quae innascitur viri ad mulierem ex talibus actibus; sed res ultima contenta est effectus hujus sacramenti: non contenta autem est res quam Magister determinat.

ARTICULUS II.

Utrum matrimonium debuit institui ante peccatum.

Ad secundum sic proceditur. 1. Videatur quod matrimonium non debuit institui ante peccatum. Quia illud quod est de jure naturali, non indigit institutione. Sed matrimonium est hujusmodi, ut ex dictis patet. Ergo non debuit institui.

2. Praeterea, sacramenta, sunt quadam medicina contra morbum peccati. Sed medicina non praeparatur nisi morbo. Ergo ante peccatum non debuit institui.

3. Praeterea, ad idem sufficit una institutio. Sed matrimonium fuit institutum etiam post peccatum, ut in littera dicitur. Ergo ante peccatum non fuit institutum.

4. Praeterea, institutio sacramenti debet esse a Deo. Sed ante peccatum verba quae ad matrimonium pertinent, determinate non sunt dicta a Deo, sed ab Adam: illa autem verba quae Deus dixit (Gen. 1, 28): *Crescite et multiplicamini;* dicta sunt etiam brutis, in quibus non est matrimonium. Ergo matrimonium non fuit institutum ante peccatum.

3. Praeterea, matrimonium est sacramentum novae legis. Sed sacramenta novae legis a Christo initium sumpserunt. Ergo non debuit ante peccatum instituti.

Sed contra est quod dicitur Matth. 19, 4: *Non legistis, quod ab initio qui fecit hominem, masculum et feminam fecit illos etc.*

Praeterea, matrimonium est institutum ad procreationem prolis. Sed ante peccatum necessaria erat homini procreatio prolis, ut in 2 lib. dist. 20, dictum est. Ergo ante peccatum debuit matrimonium instituti.

Solutio. Respondeo dicendum, quod natura inclinat ad matrimonium, intendens aliquod bonum, quod quidem variatur secundum diversos hominum status; et ideo oportet quod secundum illud bonum diversimode in diversis statibus hominum instituitur. Et ideo matrimonium, secundum quod ordinatur ad procreationem prolis, quae erat necessaria etiam peccato non existente, institutum fuit ante peccatum: secundum autem quod remedium praebet contra vulnus peccati, institutum fuit post peccatum tempore legis naturae; secundum autem determinationem personarum, institutionem habuit in lege Moysi; sed secundum quod repreäsentat mysterium conjunctionis Christi et Ecclesiae, institutionem habuit in nova lege; et secundum hoc est sacramentum novae legis. Quantum autem ad alias utilitates quae ex matrimonio consequuntur, sicut est amicitia et mutuum obsequium sibi a conjugibus impensum, habet institutionem in lege civili. Sed quia de ratione sacramenti est quod sit signum et remedium; ideo quantum ad medianas institutions competit ei ratio sacramenti; sed quantum ad primam institutionem competit ei quod sit in officium naturae; quantum vero ad ultimam quod sit in officium civilitatis.

Ad primum ergo dicendum, quod illa quae in communione sunt de jure naturali, indigent institutione quantum ad eorum determinationem, quae diversimode competit secundum diversos status; sicut de jure naturali est quod maleficia puniantur; sed quod talis poena tali culpe apponatur, per determinationem juris positivi fit.

Ad secundum dicendum, quod matrimonium non est tantum remedium contra peccatum, sed est principaliter in officium naturae; et sic institutionem fuit ante peccatum, non autem prout est remedium.

Ad tertium dicendum, quod secundum diversa quae oportet in matrimonio determinari, non est inconveniens quod diversa habeant institutions; et si illa diversa institutio non est ejusdem secundum idem.

Ad quartum dicendum, quod matrimonium ante peccatum institutum fuit a Deo in hoc quod homini mulierem in adjutorium de costa formavit, et dixi eis: *Crescite et multiplicamini etc.*; quod quamvis animalibus dixit, non tam per ea eodem modo implendum sicut per homines. Adam autem verba illa protulit a Deo inspiratus, ut intelligeret matrimonii institutionem a Deo factam.

Ad quintum dicendum, quod quantum ad hoc quod matrimonium est sacramentum novae legis, non fuit ante Christum institutum, ut ex predictis patet.

ARTICULUS III.

Utrum matrimonium conferat gratiam.

Ad tertium sic proceditur. 1. Videtur quod matrimonium non conferat gratiam. Quia secundum Hugonem (lib. 1 de Sacram., par. 9, cap. 2), sacramenta ex sanctificatione invisibilem gradam conferunt. Sed matrimonium non habet aliquam sanctificationem quae sit de essentia ejus. Ergo non conferat gratia in ipso.

2. Praeterea, omne sacramentum conferens gratiam, conferit ipsam ex materia et forma sua. Sed actus qui sunt materia in hoc sacramento, non sunt causa gratiae: verba etiam experientia consensum non sunt causa gratiae, cum ex eis non sit aliqua sanctificatio. Ergo in matrimonio nullo modo gratia datur.

3. Praeterea, gratia ordinata contra vulnus peccati est necessaria omnibus habentibus vulnus illud. Sed in omnibus inventur concupiscentiae vulnus. Si ergo in matrimonio detur gratia contra vulnus concupiscentiae, debent omnes homines matrimonium contrahere; et sic esset valde stultum a matrimonio abstine.

4. Praeterea, infirmitas non accipit medicamentum ab eodem a quo accipit intensionem. Sed per matrimonium concupiscentia accipit intensionem: quia, sicut dicit Philosophus in 5 Ethic. (cap. ult.), insatiable est concupiscentiae appetitus, et per operationem (1) congruam augetur. Ergo videtur quod in matrimonio non conferatur remedium gratiae contra concupiscentiam.

Sed contra, definitio et definitum debent convergi. Sed in definitione sacramenti ponitur causitas gratiae, ut in 1 dist. patuit. Ergo cum matrimonio sit sacramentum, erit causa gratiae.

Praeterea, Augustinus dicit (super Gen. ad literam, lib. 9, cap. 7), quod matrimonium est aegrotis in remedium. Sed non est in remedium nisi inquantum aliquam efficaciam habet. Ergo habet aliquid efficacie ad remedium concupiscentiam. Sed concupiscentia non reprimitur nisi per gratiam. Ergo conferatur in ipso gratia.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod circa hoc fit triplex opinio.

Quidam enim dixerunt, quod matrimonium nullo modo est causa gratiae, sed est tantum signum. Sed hoc non potest stare: quia secundum hoc in nullo differunt sacramentis veteris legis; unde non esset aliqua ratio quare sacramentis novae legis annumeraretur. Quod enim remedium praecedit satisfaciendo concupiscentiae, ne in praeceps (2) ruit, dum nimis arctatur, habuit etiam in veteri lege ex ipsa natura actus.

Ego ideo alii dixerunt, quod conferatur ibi gratia in ordine ad recessum a malo; quia excusatur actus a peccato, qui sine matrimonio peccatum esset. Sed hoc esset nimis parvum: quia hoc etiam in veteri lege habuit; et ideo dicunt, quod facit recedere a malo, inquantum mitigat concupiscentiam ne extra bona matrimonio feratur; non autem per gratiam illam sit aliquod auxilium ad bene operandum. Sed hoc non potest stare: quia eadem gratia est que impedit peccatum, et quae ad bonum inclinat, sicut idem calor qui auferit frigus, et qui calefacit.

(1) *Al.* oppositionem.
(2) *Al.* in praesenti.

Unde ali dicunt quod matrimonium, inquantum in fide Christi contrahitur, habet ut conferat gratiam adjuvantem ad illa operanda quae in matrimonio requiruntur; et hoc probabilius est: quia ubique datur divinitus aliqua facultas, datur etiam auxilia quibus homo convenienter uti possit facultate illas: sicut patet quod omnibus potentissimis animae respondent aliqua membra corporis, quibus in actu exire possint. Unde, cum in matrimonio detur homini ex divina institutione facultas utendi sua uxore ad procreationem prolis, datur etiam gratia sine qua id convenienter facere non posset; sicut etiam de potestate ordinis supra dictum est; et sic ista gratia data est ut jam res (1) contenta in hoc sacramento.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut aqua baptismi habet quod corpus tangat et cor (2) abluit ex tactu carnis Christi; ita matrimonium hoc habet ex hoc quod Christus sua passione illud representavit; et non principia iterum ex aliqua sanctificatione sacerdotis.

Ad secundum dicendum, quod sicut aqua baptismi vel forma verborum non operatur ad gratiam immediate, sed ad characterem; ita actus exteriores et verba experientia consensum directe faciunt nexus quemdam, qui est sacramentum matrimonii; et hujusmodi nexus ex virtute divinae institutionis dispositio operatur ad gratiam.

Ad tertium dicendum, quod ratio illa procederet, nisi contra concupiscentiae morbum posset aliquod efficacium remedium adhiberi. Adhibetur autem maius remedium per opera spiritualia et carnis mortificationem ab illis qui matrimonio non utuntur.

Ad quartum dicendum, quod contra concupiscentiam potest praestari remedium duplicitate. Uno modo ex parte ipsius concupiscentiae, ut reprimatur in sua radice; et sic remedium praestat matrimonium per gratiam que in eo datur. Alio modo ex parte actus ejus; et hoc duplicitate. Uno modo ut actus ad quem inclinat concupiscentia, exterior turpitudine careat; et hoc fit per bona matrimonii, quae honestant carnalem concupiscentiam. Alio modo ut actus turpitudinem habens impeditur; quod fit ex ipsa natura actus: quia dum concupiscentia satisfit in actu conjugali, ad alias corruptelas non ita incitat: propter quod dicit Apostolus, 1 Corinth. 7, 9: *Melius est nubere quam uiri.* Quamvis enim opera concupiscentiae congrua (5) secundum se nata sunt concupiscentiam augere; tamen secundum quod ratione ordinantur, ipsam reprimunt: quia ex similibus actibus similes relinquuntur dispositiones et habitus.

ARTICULUS IV.

Utrum carnalis commixtio sit de integritate matrimonii. — (5 p., quæst. 29, art. 2.)

Ad quartum sic proceditur. 1. Videtur quod carnalis commixtio sit de integritate matrimonii. In ipsa enim institutione matrimonii dictum est, Gen. 2, 24: *Erunt duo in carne una.* Sed hoc non fit nisi per carnalem commixtione. Ergo est de integritate matrimonii.

(1) *Nicolaï:* ultima res.
(2) *In editi* et corpus.
(3) *Al.* cognita.

2. Praeterea, id quod pertinet ad significacionem sacramenti, est de necessitate sacramenti; ut praedictum est. Sed carnalis commixtio pertinet ad significacionem sacramenti, ut in littera dicitur. Ergo est de integritate sacramenti.

3. Praeterea, hujusmodi sacramentum ordinatur ad conservationem speciei. Sed conservatio speciei non potest fieri sine carnali commixtione. Ergo est de integritate sacramenti.

4. Praeterea, matrimonium est sacramentum, secundum quod remedium contra concupiscentiam praestat, de quo dicit Apostolus, 1 Corinth. 7, 9, quod melius est nubere quam uiri. Sed hoc remedium non praestat in his qui carnaliter non commiscuntur. Ergo idem quod prius.

Sed contra, in paradiso fuit matrimonium. Sed ibi non fuit carnalis copula. Ergo commixtio carnalis non est de integritate matrimonii.

Praeterea, sacramentum ex suo nomine sanctificationem importat. Sed sine carnali commixtione est matrimonium sanctius, ut in littera dicitur. Ergo carnalis commixtio non est de necessitate sacramenti.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod duplex est integritas. Una quae attenditur secundum perfectio- nem primam, quae consistit in ipso esse rei; alia quae attenditur secundum perfectio- nem secundam, quae consistit in operatione. Quia ergo carnalis commixtio est quadam operatio, sive usus matrimonii, per quod facultas ad hoc datur; ideo erit carnalis commixtio de secunda integritate matrimonii, et non de prima.

Ad primum ergo dicendum, quod Adam expedit integratem matrimonii quantum ad utramque perfectio- nem, quia res ex suo actu innotescit.

Ad tertium dicendum, quod res non pervenit ad finem suum nisi per actum proprium; unde ex

hoc quod fatus matrimonii non habetur sine carni- lali commixtione, ostenditur quod sit de secunda integritate, et non de prima.

Ad quartum dicendum, quod ante commixtio- nem carnalem est matrimonium in remedium ex gratia quae in eo datur, quamvis non ex actu, quod pertinet ad integratorem secundam.

Expositio textus.

Cum alia sacramenta post peccatum et propter peccatum exordium sumpserint, matrimonii sacramentum etiam ante peccatum legitur institutum a Domino. Videat quod de matrimonio debuerit determinare ante ordinem: quia prius est quod animal est quam quod spirituale est, ut dicitur 1 Corinth. 13. — Et dicendum, quod quamvis sit primum in via generationis, tamen in via sanitatis et perfectionis est posterius; et ideo illud sacramentum quod habet minimum de spiritualitate, ultimo debet inter sacramenta ordinari.

Una de costis ejus sumpta, et exinde muliere formata. De hoc dictum est in 2 lib., dist. 18.

Prophetice dixisse, ut propheta referatur ad mysterium Christi et Ecclesiae, quod praevidit; non ad usum mulieris quae solo sensu (1) percipi poterat (2) naturali ratione. Nec consequitur quod si Incarnationis mysterium praevidit, suum casum praesciverit, etiam supposito quod Christus non fuisset incarnatus homine non peccante: quia multa sunt quorum unum non est sine altero, quamvis unum sine altero possit intelligi.

Remedium habet, non prænatum, scilicet acci- dentale, quale habet virginitas; scilicet aureolam.

(1) *Al.* que consensu percipi etc.

(2) *Nicolaï:* seu naturali ratione.

DISTINCTIO XXVII.

Quae sint consideranda in coniugio.

Post hoc advertendum est, quid sit coniugium, et quae sit efficiens causa coniugij, et causa propter quam contrahatur, et quae sint bona coniugij, et quomodo per ea ex eiusceter coitus carnalis, et quae sint legitimae personae ad matrimonium. Suat et alia plura in matrimonio consideranda que sub compendio perstringamus.

Quid sit coniugium.

Sunt ergo nuptiae vel matrimonium, viri mulierisque conjunctio maritalis inter legitimas personas, individualium vitae consuetudinum retinem. Ad individuum consuetudinem vitae pertinet quod absque consensu alterius neuter continentiam profiteri potest vel oratione vacare: quod inter eos, dum vivunt vinculum conjugale permaneat, ut alii se copulare non licet, et ut invicem alteri exhibeat quod quisque sibi. Hac autem descriptione legitimorum et fidem tantum matrimonium includitur.

De consensu qui efficit coniugium.

Efficiens autem causa matrimonii est consensus, non quilibet, sed per verba expressus, nec de futuro, sed de praesenti. Si enim consentiant in futurum, dicentes: Accipio te in virum, et ego te in uxorem: non est iste consensus efficax matrimonii. Item si consentiant mente, et non exprimant verbis, vel aliis certis signis; nec talis consensus efficit matrimonium. Si autem verbi explicant quod tamen corde non volunt; si non sit coactio ibi vel dolus, obligatio illa

verborum, quibus consentiant dicentes: Accipio te in virum, et ego te in uxorem: matrimonium facit.

Auctoritibus probat quod solus consensus facit matrimonium.

Quod autem consensus matrimonium faciat, subditus propositum testimoniis. Ait enim Isidorus (1): «Consensus facit matrimonium.» Item Nicolaus Papa (2): «Sufficiat solus secundum legem eorum consensus de quorum conjugatione ut bus agitur: qui solus si forte in nuptiis defuerit, certe etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur.» Item Joannes Chrysostomus (5): «Matrimonium non quidem facit coitus, sed voluntas; et ideo non solvit illud separatio coitus.» Item Ambrosius (4): «Non defloratio virginitatis facit coniugium, id est pactio coniugalis.» Ex his apparent quod consensus, id est pactio coniugalis, matrimonium facit, et ex tunc coniugium est, etiam si non præcessit vel secuta est copula carnalis.

(1) In Isidoro non occurrit, sed tantum lib. I Etymol. vel origin., tit. de coniugio, inde sponsus et sponsam dicit, quod in iure matrimonii consentirent (Ex edit. P. Nicolai).
(2) Primus ad consulta Bulgariorum, cap. 5, et habetur in Decret. causa 27, quæst. 2, cap. Sufficiat, cap. Matrimonium, cap. initia- torum, et cap. Coniugij (Ex edit. P. Nicolai).

(5) Sive Auctor operis imperfectorum hom. 52 in Matthaeum (Ex edit. P. Nicolai).
(4) Lib. de institutione virginis, cap. 6 (Ex edit. P. Nicolai).